

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.60. Theophanis initia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

Baculum IX. vigesima secunda Januarii solito honore
A.C. 813. prosequitur.

§. LX.

S. Theophanis initia.

*H*ic, videlicet, Leone coronato & capta Adrianopoli Civitate Theophanes Historiae suæ finem imposuit, qui Constantinopoli parentibus piissimis & opulentis natus erat. Patre ipsius tempore quo præfecturam Archipelagi gerebat, fatis functo, mater pueri curam sola suscepit, & vix duodennem compulit, ut puellæ prædiviti matrimonium promitteret. Theodora quoque defuncta, cum Theophanes amplissimi patrimonii Dominus esset, instante socero nuptias quidem celebravit, sed persualit sponsæ, ut ad servandam in conjugio continentiam consentiret, quippe Theophanes cuiusdam familiaris sui hortatu excitatus dudum vitæ Monasticæ desiderio tenebatur. Porro re ista offensus sacer (nam viro sagacissimo suboleverat Theophanis propositum) Leonem Imperatorem, Copronymi filium, adiit, & insuam facile pertraxit sententiam. Is ut juvenem ab amore solitudinis Monasticæ abstraheret, Cyzicum misit, jussitque illam Civitatem vallis & propugnaculis munire

*Bott. 12.
Mart. 10. 7.
p. 213.*

munire. Theophanes impigre impera- Sæculum IX.
ta fecit, & deficiente ærario publico de A.C. 813.
suo addidit. Verum nactus ibi occasio-
nem invisendi Monasterium Singrianen-
se, inde non procul dissitum, novisse cœ-
pit Virum Sanctum nomine Gregorium,
quem eundem ac Abbatem Agaurensem
in monte Olympo fuisse credunt.


Postquam Leo Imperator & Socer
Theophanis in vivis esse desierunt, impe-
rante Irene demum suo arbitrio vitam
instituit. Divitias suas dedit pauperibus,
mancipia manumisit, uxorem in Mona-
sterium Insulæ Principis misit magnis
muneribus cumulatam. Ipse in Mona-
sterium Singrianense se recepit, ubi in
Cellula describendis libris operam da-
bat. Sex annis deinde in Insula Calo-
nyma, ubi Monasterium fundaverat, com-
moratus Singrianum rediit, fundavitque
haud procul inde Monasterium aliud in
loco, qui campus amplius dicebatur, cu-
jus tandem Regimen in se suscepit. *Theopb.
Præf.*

Georgius Abbas Tarasii Patriarchæ
Syncellus Chronographiam seu Com-
pendium Historiæ Universalis a Creatio-
ne Mundi scribere cœperat, quam us-
que ad Imperium Diocletiani perduxit;
sed morti proximum se sentiens Theo-
phanem Abbatem amicorum suorum o-

B b b s ptimum

Sæculum IX. ptimum rogavit, ut eam continuaret.
 A.C. 813. Theophanes opus usque ad sua perdu-
 xit tempora. Itaque duæ hæ partes
 conjunctæ continuam historiæ seriem
 exhibent. Theophanes annos Incarna-
 tionis numerans sequitur Rationarium
 Alexandrinorum, quod annis octo poste-
 rius quam nostrum incipit. In eo Cri-
 tici non nullos Chronologiæ errores
 notarunt. S. Platoni & S. Theodoro
 Studitæ non semper favet, nam ei non
 probatur, quod Electioni Nicephori Pa-
 triarchæ adversati fuerint, nec illud,
 quod Theodorus Bulgaros trans fugas re-
 mitti prohibuerit. At, cum Leo Impe-
 rator Regem Bulgarorum per Sicarios
 tollere constituisset, facinus suo
 calculo approbare vi-
 detur.

FINIS TOMI X.



INDEX